

**www.e-rara.ch**

## **Compendium Biblicum**

**Leusden, Johannes**

**Ultrajecti, Anno 1674**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-143953>

### Vorwort

---

#### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

*Illustriſſimo & Celiſſimo Princi-  
pi ac Domino*

**MICHAELI APAFIO**

Dei gratiâ Transylvaniae Principi,  
Partium Regni Hungariae Domino,  
Siculorum Comiti, Reformate Re-  
ligionis Aſſertori ac Defenſori ſtre-  
nuiffimo & conſtantiffimo.

*Illuſtriſſime & Celiſſime Princeps ;*

**D**Um mortales à cœleſti Patria ex-  
torres peregrinamur; nihil ad bea-  
tam immortalitatem conſequendam u-  
tilius eſt, quàm vera Sapientia ſtudium  
ac praxis. De hac Regum Sapientiſſi-  
mus, Prov. 111. 13 - 18. Beatus ho-  
mo, qui invenit ſapientiam: Quia  
melior eſt negotiatio ejus negotia-  
tione argenti, &c. Quanto autem co-  
natu, quantis laboribus, moleſtus, curis,  
paſſim quari, & agrè comparari ſolent  
opes fluxæ, theſauri inſtabiles; quos qui-  
bus colligant, ipſi ignorant colligentes!  
Quam difficilia Mercatores hâc de cauſâ  
ſepiffimè itinera ſuſcipiunt; quibus ſe  
\* 2 exponunt

exponunt terrâ marique periculis! Minimè mirum igitur, si summa verèque salutaris Sapiëntia studiosi, ejus acquirènda gratiâ in longinquas regiones peregrinentur; ad Sapiëntiæ emporia, Academiâs aut Scholas illustres, diligenter se conferant; quin & annos aliquàm multos istuc transigant, dum consequi laborant, quod sibi in isto genere hætenus deesse sentiunt, & ad suam aliorumque instructionem salutarem prodesse persuasi sunt. Experii hoc sumus, Deo dante, in hac etiam nostra Academia; ad quam plurimi ex Regnis & Provinciis quantumvis remotis commeare sunt soliti: nominatim ex vestra, Celsissime Princeps, Transylvania, & partibus Hungaria; ut S. Theologia & Philosophia, Linguarumque ad illam necessariorum, aliarumque pro re nata Facultatum, cognitione imbuerentur. Dum vero juxta Reverendos & Clarissimos Collegas meos, meâ qualicumque operâ in partibus mihi demandatis utebantur multi Vestrates, magno sæpe  
gaudio

gaudio illos audivi predicantes Illustris-  
sima Celitudinis tuæ Zelum & constan-  
tiam in Religione Reformatâ verè Chri-  
stianâ, asserendâ & defendendâ (etiam  
dum longe alia, per novellas, mendaci  
famâ, spargebantur ab iis, qui ista cu-  
piebant magnoperè.) Inde enim factum,  
ut ab Illustrissima Celitudine Tuâ, &  
Meccenatibus aliis huc illi Iuvenes tanto  
numero SS. Studiorum promovendorum  
ergò mitterentur providè, & sustentan-  
rentur magnificè: eo per Dei Opt. Max.  
gratiam successu, ut valde multi felicium  
suorum in studiis profectuum convenien-  
ti testimonio instructi, nonnulli etiam  
Doctorali honore & privilegio suo meri-  
to aucti, redierint in Patriam; atque in  
Ecclesiis Veritatem illam sedulo suis au-  
ditoribus inculcent, vel etiam in Scholis  
Theologiam Orthodoxam & adminicula  
ejus necessaria, Philosophiam & Literas  
humaniores, Linguamq; adeo Græcam &  
Hebræam doceant strenuè. Factum item,  
ut Illustrissima Celitudo Tua non ita  
pridem. Virum Hungarum, Typographiæ

cultorem, in Belgium miserit; qui artem  
typos in super sculpendi ac fundendi pro-  
be disceret, quâ instructus in signem post-  
modum officinam Typographicam, ad  
usus potissimum sacros, in Patria erige-  
ret. At vero, dum per præsentis tumultus  
bellicos, exercitia nostra quodammodo  
impediuntur, nec ita liber exteris datur  
aditus; ut publicè constet, quomodo per-  
stemus in proposito & conatu sacra alio-  
rum studia  $\sigma\upsilon\nu$  Θεῶν pro virili nostra pro-  
movendi; Compendium hoc Biblicam He-  
braeo Latinum in lucem emitto, simi-  
lique Compendio N. T. Græco-Latino  
præmitto. Hoc autem qualecunque  
opusculum Illustrissimo Nomini Tuo,  
Princeps Celsissime, inscribere ausus  
sum; ut meam, erga Illustrissimam  
Celsitudinem Tuam, observantiam  
humilem, simulque constantem affe-  
ctum erga Vestrates, antehac Discipulos  
nobis dilectissimos, quibus etiam confi-  
do istud non minus utile quam gratum  
esse futurum, istâ ratione profiterer &  
obsignarem palam. Deus Opt. Max.  
omnis

omnis boni fons inexhaustus, Illustris-  
sima Celsitudini Tuae, Principatum  
tranquillum, vitam longevam, omnia-  
que per eam prospera tribuat cumulatis-  
simè in Christo Jesu; ac tandem hinc in  
aeternam beatitudinem ac gloriam cœ-  
lestem transferat secundum promissiones  
suarum fidissimas. Ita supplex precor; at-  
que avinitus voveo,

Illustrissimæ Celsitudinis  
Tuae Humillimus Cliens

JOHANNES LEUSDEN.

Dabam in Museo meo  
Septimo Idus Junii,  
Anno 1673.

\* 4 LECTO.

JOHANNES LEUSDEN  
LECTORI  
BENEVOLO S.

**Q**Uam Tyrones alique sæpe  
conquesti fuerint Vetus Test.  
Hebraicum tam difficulter  
perlegi, & significationes om-  
nium vocum magna cum molestia  
memorię mandari, serid cogitavi de  
faciliori via perveniendi ad cognitio-  
nem Textus Hebraici. Omnibus ex-  
pensis, judicavi inquirendos & legen-  
dos esse illos versiculos, in quibus om-  
nes voces totius Veteris T. inveni-  
untur. Et quia talium versuum inve-  
stigatio mihi, pluribus aliis rebus in-  
tento, nimis onerosa videbatur, solici-  
tavi ornatissimum & bonæ spei Juve-  
nem D. DANIELEM à VIANEN,  
Ultrajectinum, ut hunc laborem sub  
meo ductu in se susciperet; qui etiam  
lubens eum humeris suis imponi passus  
est. Petii itaque ut primò omnes versi-  
culos, qui actu continent omnia Ve-  
teris T. vocabula, expiscaretur; deinde  
ut omnes ejusdem Test. voces in ipsis  
Bibliis Hebraicis annotaret; quod cum  
absol-

absolviffet, vidi sæpe prolixos versiculos tantum unam vel alteram vocem annotatam continere. Propterea iudicavi non illos 2289 integros versiculos esse imprimendos, sed solummodo phrases & constructiones, quibus voces annotatæ includuntur, esse excerpendas. Ipsemet igitur ex annotatis vocibus phrases & sententias formavi, eas formatas in chartam conieci, & latinitate donavi. Sed ut scires, quænam voces in singulis versibus annotentur, & quænam tantum ad supplendum sensum addantur, ecce hoc te docebit diversitas characterum Latinorum. Ille enim voces Hebraicæ, quæ in Latina versione Romanis literis imprimuntur, sunt in illo versiculo annotatæ: & contra voces Hebraicæ, quæ *cursivis*, uti vocant, literis sunt expressæ, eæ tantum sunt additæ ad supplendum sensum.

Quia in Veteri Test. extant voces 1490, quæ tantum semel (rarissimè bis vel ter in eodem versu) occurrunt, placuit eas, ut facilius memoriæ infingerentur, literulâ (a) distinguere.

Nonnullæ voces, vulgò Cethib vocatæ, supernè asteriscis notantur; qui indicant voces illas irregulariter

\* 5

• in

in Textu Hebraico esse scriptas, & in  
margine Bibliorum Hebraicorum alias  
voces regulares, *Keri* nominatas, esse  
annotatas vel annotandas: ex. gr.  
*Prov* 11.3, occurrit *וְשֵׁרָם* pro *יֵשֵׁרָם*, &c.

Quia distinctio Librorum, Capitum  
& Versiculorum in omnibus Bibliis  
non est eadem, elegi eam distinctio-  
nem, quam Biblia Hebraica, sub meo  
ductu per Josephum Athiam anno  
1667. Amstelodami edita, observant.

*Ordo librorum*, numerus *versuum*  
singulorum librorum *in genere*, & hic  
*in specie annotatorum*, ut & *vocum unica*  
*vice* in Veteri T. occurrentium in fine  
hujus Operis annotantur. Lubentius  
sequutus sum ordinem Bibliorum  
Hebraicorum quam Latinorum: tum  
ut omnis confusio vitaretur; tum etiam  
quia intendo per hoc Compendium  
Tyrones deducere ad lectionem Bi-  
bliorum Hebraicorum, & quasi ma-  
nuducere, ut facillima methodo  
Textum Hebræum addiscerent, &  
voces omnes, præcipue difficiliore  
memoriæ mandarent. Nolo per hoc  
Compendium è manibus Studioforum  
aliorumque eripere & excutere Tex-  
tum Hebræum: sed volo eos hortari &  
rogare

rogare , ut lecto Textu Hebraico ,  
hoc Compendium secum sumant, qua-  
si *Vade mecum*, in eoque voces rariores,  
difficiliores , & semel tantum occur-  
rentes sæpius legant relegantque.

Verfus centum & duos Chaldaicos  
Danielis & Ezræ asteriscis distinximus,  
ut primo intuitu distingui possent. Vide  
pag. 163. & sequentes.

Sequutus sum in vocibus annotan-  
dis Concordantias & Lexicon Bux-  
torfii ; & quæ voces ibi exprimuntur,  
eas & nos expressimus. Paucissima  
Nomina propria & patronymica , in  
Lexico explicata , nos etiam annotavi-  
mus. Vide cetera explicata in *Onoma-  
stico Sacro*. Sed nomina appellativa,  
hactenus in Lexico omissa, ex Concor-  
dantiis supplevimus , eaque hic obser-  
vavimus : ex. gr. Vox <sup>מִשְׁפָּחָה</sup> *error*,  
omissa in Lexicis , extat hic Gen. 43.  
12. eique (a) quia semel occurrit, præ-  
fiximus.

In ipsa operis impressione expertus  
sum quasdam voces Latinas cursivis li-  
teris esse expressas , & vice versa quas-  
dam Romanis; ideo eas in fine annotavi,  
quas dignaberis virgula subsignare.

Ut eruditorum iudicio hoc Com-  
pendium

pendium subjicerem, placuit quatuor  
Specimina publico examini Academi-  
co subjicere, quæ sequentes D. Stu-  
diosi Ultrajectini publicè defende-  
runt: scil.

DANIEL à VIANEN, 27. A-  
pril. Anno 1672.

CONRADUS ab ECK, 4 De-  
cemb.

HENRICUS à DEVENTER,  
9 Apr. anno 1673.

GUILIELMUS CALEBSE, 19.  
Maji.

Mediante hoc Compendio Tyro ad  
cognitionem omnium vocum Hebrai-  
carum V. T. spatio trium mensium  
pervenire poterit; si modò singulis  
diebus absolvat duas paginas cum di-  
midio. Si quis breviori vel longiorâ  
tempore idem absolvere velit, ille pen-  
sum vel brevius vel longius constituat.

Hoc Compendium Hebraicum spe-  
culabitur fortunam similis *Compendii*  
*Græci* in Novum T. quod modo per  
disputationes publicè defenditur. Hæc  
sunt, Benevole Lector, quæ te hoc tem-  
pore scire volui. Vale.

*Sexto Idus Junii, anno 1673.*

*Comp.*